

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio ce cum fonte primo

Tres sunt species negligencium
prelatorum: quidam qui bene uiuunt et
subiectos male uiuere permittunt,
quidam qui male uiuunt et subiectos
bene uiuere cogunt, quidam qui male
uiuunt et subiectos male uiuere uolunt.
Qui bene uiuunt et subiectos
male uiuere permittunt
exemplo quippe precedunt;
sed quia corrigendo
errantes non increpant, delinquant. Licet
enim bene uiuant, necesse tamen est ut
de grege sibi commisso, Domino gregis
rationem reddant.

Sunt et tres species negligentium
prelatorum, scilicet qui bene uiuunt, et
subiectos male vivere permittunt:
quidam male uiuunt, et subiectos
bene vivere cogunt; quidam male
uiuunt, et subiectos male vivere uolunt.
Qui bene itaque uiuunt, et subiectos
male vivere permittunt,
exemplo quidem praecedunt;
sed, dum corrigendo
non increpant errantes, delinquant. Licet
enim bene uiuant, necesse tamen est, ut
de grege sibi commisso, gregis Domino
rationem reddant.

Hugo de Folieto, *De claustro animae
libri quatuor*, 2, 12 (PL 176, col.1060C).

Illi uero qui male uiuunt et subiectos
bene uiuere cogunt, errantes reuocant
sed rectos et fortes occidunt; reuocant
uerbis, occidunt exemplis.

Illi uero, qui male uiuunt, et subiectos
bene vivere cogunt, errantes reuocant,
sed fortes occidunt. Reuocant
uerbis, occidunt exemplis.

Hugo de Folieto, *De claustro animae
libri quatuor*, 2, 12 (PL 176, col.1061A).

De tertia specie non oportet facere
mencionem.

[non inuentus in hoc opere Hugonis]

Hugo ibidem (de duodecim abusionibus
claustris).